

3 finitimos cedere neque quemquam prope se audere consistere. simul hoc  
 4 se fore tutiores arbitrantur repentinae incursionis timore sublato. cum  
 bellum civitas aut inlatum defendit aut infert, magistratus, qui ei bello  
 5 praesint et vitae necisque habeant potestatem, delinguntur. in pace nullus  
 est communis magistratus, sed principes regionum atque pagorum inter  
 6 suos ius dicunt controversiasque minuunt. latrocinia nullam habent in-  
 famiam, quae extra fines cuiusque civitatis fiunt, atque ea inventus  
 7 exercendae ac desidiae minuendae causa fieri praedicant. atque ubi quis  
 ex principibus in concilio dixit se ducent fore, qui sequi velint, profitean-  
 8 tur, consurgunt ii, qui et causam et hominem probant, suumque auxilium  
 9 pollicentur atque a multitudine conlaudantur. qui ex his secuti non sunt,  
 in desertorum ac proditorum numero ducuntur, omniumque his rerum  
 10 postea fides derogatur. hospitem violare fas non putant. qui quacumque  
 de causa ad eos venerunt, ab iniuria prohibent sanctosque habent, hisque  
 11 omnium domus patent victusque communicatur.

24 Ac fuit antea tempus, cum Germanos Galli virtute superarent, ultro  
 bella inferrent, propter hominum multitudinem agrisque inopiam trans  
 2 Rhenum colonias mitterent. itaque ea, quae fertilissima Germaniae sunt  
 loca circum Hercyniam silvam, quam Eratostheni et quibusdam Gr(a)e-  
 3 cis fama notam esse video, quam illi Orcyniam appellant, Volcae Tecto-  
 4 sages occupaverunt atque ibi consederunt. quae gens ad hoc tempus his  
 sedibus sese continet summamque habet iustitiae et bellicae laudis opi-  
 5 nionem. nunc quoniam in eadem inopia egestate patientia, qua Germani,  
 6 permanent, eodem victu et cultu corporis utuntur. Gallis autem provin-  
 ciarum propinquitas et transmarinarum rerum notitia multa ad copiam  
 7 atque usus largitur; paulatim adsuetae superari multisque victi proelii  
 ne se quidem ipsi cum illis virtute comparant.

25 Huius Hercyniae silvae, quae supra demonstrata est, latitudo novem  
 2 itinerum noverunt. oritur ab Helvetiorum et Nemetum et Rauracorum  
 3 finibus rectaque fluminis Danubii regione pertinet ad fines Dacorum et  
 4 tarumque gentium fines propter magnitudinem attingit. neque quisquam  
 est huius Germaniae, qui se [aut audisse] aut adisse ad initium eius silvae

1 se om.  $\alpha$  || 3 illatum  $\beta$  || 4 et] ut  $\omega$  corr. Ciacc. | nullis A  $\beta$  || 10 hi  $\alpha$   
 hii T || 11 ab  $\alpha$  || 13 hospites violari  $\beta$  | quaque  $\alpha$  || 14 ab om.  $\beta$  | sanctos  $\alpha$  ||  
 18 itaque] atque  $\beta$  || 19 quam] quae T que U | eratosteni  $\alpha$  erat hostheni T  
 erat hosteni U | grecis  $\omega$  || 20 nota  $\beta$  | volgo A volgae B vulgo  $\beta$  corr. Ur-  
 sinus || 22 iustitiae A<sup>1</sup> iustitiam  $\beta$  || 23 quoniam] quod  $\alpha$  | patientia  $\alpha$  U || 24 et  
 om.  $\beta$  || 26 usum  $\beta$  || 28 hircaniae  $\beta$  | VIII  $\beta$  || 30 helveticorum A helviti-  
 orum B | tauriacorum  $\alpha$  || 32 ab  $\alpha$  || 33 nec  $\beta$  || 34 aut audisse  $\omega$  om. V<sup>1</sup> rec. |  
 eius] huius  $\beta$

dicat, cum dierum iter LX processerit, aut quo ex loco oriatur, acceperit.  
 multaque in ea genera ferarum nasci constat, quae reliquis in locis visa  
 non sint, ex quibus, quae maxime differant a ceteris et memoriae pro-  
 denda videantur, haec sunt.

3 Est bos cervi figura, cuius a media fronte inter aures unum cornu  
 existit excelsius magisque directum his, quae nobis nota sunt, cornibus;  
 ab eius summo sicut palmae ramiq[ue] late diffunduntur. eadem est fe-  
 2.3 mina marisque natura, eadem forma magnitudoque cornuum.

Sunt item, quae appellantur alces. harum est consimilis capris figura  
 10 et varietas pellium, sed magnitudine paulo antecedit mutilaeque sunt  
 cornibus et crura sine nodis articulisque habent. neque quietis causa pro-  
 2 cumbunt neque, si quo adflictae casu conciderunt, erigere sese aut  
 sublevare possunt. his sunt arbores pro cubilibus. ad eas se adplicant  
 3 atque ita paulum modo reclinatae quietem capiunt. quarum ex vesti-  
 15 giis cum est animadversum a venatoribus, quo se recipere consuerint,  
 omnes eo loco aut ab radicibus subruunt aut accidunt arbores, tantum  
 ut summa species earum stantium relinquatur. huc cum se consuetudine  
 5 reclinaverunt, infirmas arbores pondere adfigunt atque una ipsae con-  
 cidunt.

20 Tertium est genus eorum, qui uri appellantur. hi sunt magnitudine  
 paulo infra elephantos, specie et colore et figura tauri. magna vis est  
 eorum et magna velocitas; neque homini neque ferae, quam conspexerunt,  
 3 parant. hos studiose foveis captos interficiunt. hoc se labore du-  
 rant adulescentes atque hoc genere venationis exercent, et qui plurimos  
 25 ex his interfecerunt, relatis in publicum cornibus, quae sint testimonio,  
 magnam ferunt laudem. sed adsuescere ad homines et mansueferi ne  
 4 parvuli quidem excepti possunt. amplitudo cornuum et figura et species  
 5 multum a nostrorum boum cornibus differt. haec studiose conquisita ab  
 6 labris argento circumcludunt atque in amplissimis epulis pro poculis  
 30 utuntur.

Caesar postquam per Ubios exploratores comperit Suebos sese in sil-  
 29 vas recepisse, inopiam frumenti veritus, quod, ut supra demonstravimus,  
 minime omnes Germani agri culturae student, constituit non progredi  
 longius. sed, ne omnino metum reditus sui barbaris tolleret atque ut  
 2 eorum auxilia tardaret, reducto exercitu partem ultimam pontis, quae  
 35 ripas Ubiorum contingebat, in longitudinem pedum ducentorum rescin-

1 LX] LXVIII T || 3 quibus quae] quibusque  $\alpha$  | ab  $\alpha$  | memoria  $\beta$  || 6 direc-  
 tum  $\alpha$  || 7 ramiq[ue] rami quam  $\beta$  | diffundunt  $\beta$  || 9 altes  $\alpha$  || 10 sed om.  $\beta$  ||  
 11 articulisque  $\alpha$  || 12 sese aut] se ac  $\beta$  || 16 omnis  $\beta$  | a.  $\beta$  || 18 affligunt  $\beta$  ||  
 21 elefantos  $\omega$  || 21-22 vis eorum  $\alpha$  est vis eorum U || 22 neque<sup>1</sup>] et neque  $\beta$  |  
 fere A  $\beta$  | conspexerint  $\beta$  || 24 homines adulescentes T adulescentes U || 28 a  
 om.  $\alpha$  || 31 conperit  $\alpha$  | seubos A suevos  $\beta$  | se  $\beta$  || 36 CC  $\beta$